



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Antonius Magnus. 17. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

44 VITÆ SANCTORUM. 17. Ian.
culum dixit quarto ab obitu anno, & ip-
sum integrum. Animus illuc ivit, quo
assueverat jam ire. Ex Surio.

Fugiantur noxiæ voluptates, inimica
gaudia, & desideria jam jamque peritura.
Quis enim fructus est ea indesinenter cupe-
re, quæ et si non desinant, deseranda sunt?
Amor rerum deficientium ad incorrupti-
bilia transferatur, & ad sublimia voca-
tus animus cœlestibus delectetur. S. Leo-
ferm. 5. de Epiph.

S. ANTONIUS MAGNUS. 17. Ian.

Ægyptus erat A N T O N I U S, & do-
mi suæ nobilis. In primo ætatis
flore mundo moriturus ex assé pauperes
hæredes scribit subinde victoriis ad-
versùs hominum hostes malos genios
nobilitatus; ab iis plagiis aliquando pes-
simè acceptus, dum J E S U M suum fa-
miliariūs deinde rogat, ubi id temporis
fuisset, adfuisse spectatorem pugnæ audit.
Tam propè à Deo absimus, etiam cùm
longè a besse nos putamus. Aliàs dum
mundum æquioribus animi oculis arbit-
ratur, aream esse aucupis videt laqueis
undique obiectam: scire percupidus,
quis hos effugeret, responsum acci-
pit, qui animo demisso esset. Subinde
Martyrum pugnis cùm actor adesse non
posset, spectator adfuit, & hortator, ju-
diciique sèpe in veste candidâ obvius
mortem

Ian.
z ip-
quo
nica
ura.
upe-
ant?
pti-
oca-
Leo.

Jan.
do-
atis
res
ad-
ios
ef-
fa-
ris
it.
m
m
i-
is
i-
le
n
1-
s
1

18. Ian. VITÆ SANCTORUM. 45
mortem nec quicquam ambiit, eremo pugilem sibi depositente. Illic cùm ageret, à Constantino filiisque Imperatoribus per sepe litteris salutatus, vicissim, eos officii sui commonèfecit, & à suo ad divinum tribunal crebrò jussit advertere. Natus annos C. & V. ista suis suggestis documenta: Viverent quotidie morituri, quotidie melioris animi proposita novarent: JESUM assidue suspirarent: hoc nomine clypeo in hostem uterentur: hæretorum familiaritatem fugiendo effugerent. Sub hæc mortuus anno à partu Virginis CCC. LVIII. vitæ præconem magnum Athanasium habuit, uti & hæredem pallioli sui laceri quidem & detriti, sed quod virtutem sciret tegere.

Ex S. Athanas.

Ecce venatorum spiritualium quot sunt laquei ad capturam animarum toto orbe diffusi! hos tantummodo evadunt, qui mundum ipsum de dignantur amare, illum secundo spernunt, eisque concupiscentiis abdicatis DEO in spiritu militare proponunt. S. Laur. Iust. de Contempt. mundi.

S. LEOBARDUS C. 18. Ian.

IN ingentes opes natus LEOBARDUS ad nuptias non tam invitabatur, quam cogebatur à parentibus, quas tamen mors utriusque interturbavit. Filius spōn-